Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift



dicis: & sicut pro martyris abel. ita
eciam sanguinem ceterorum martyrum de terra clamare ad dnm. iuxta illud uiri sapientis. Non despici et preces pupilli: nec uiduam si effundat loquelam gemitus. R. Centum quadraginta quatuor milia qui empti sunt de terra hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati uirgines enim permanserunt ideo regnant cum deo et agnus dei cum illis. V. Hi empti sunt ex hominibus primicie deo et agno et in ore ipsorum non est inuentum mendacium. Ideo regnant. Mat. laus.

A. Herodes. iratus occidit multos pueros in bethlehem iuda ciuitate dauid. A. Abimatu et infra occidit multos pueros herodes propter dominum. A. Vox in rama audita est ploratus & ululatus rachel plorans filios suos. A. Sub throno dei omnes sancti clamant uindica sanguinem nostrum ds noster. A. Cantabant sancti canticum nouum ante sedem dei & agni et resonabat terra in uoces eorum. Capitulum.

Vidi super montem. R. Sancti et iusti in domino gaudete. V. Vos elegit deus in hereditatem sibi. Ymnus. Saluete flores. In euglo. A. Hi sunt qui cum mulieribus non sunt coinquinati uirgines enim sunt et secuntur agnum quocunque ierit. De Nat. dni. A. O regem celi. Ad primam. A. Angeli eorum semper uident faciem patris. III. A. Lauerunt stolas suas. VI. A. Ambulabunt mecum in albis quoniam digni sunt et non delebo nomina eorum de libro uite. VIIII.

A. Sinite paruulos uenire ad me talium est enim regnum celorum. In II. ves. pa. Mat. laus. R. Sancti et iusti. Ymnus. Saluete. In eu. A. Hi sunt qui uenerunt ex magna tribulatione et lauerunt stolas suas et dealbauerunt eas in sanguine agni. De Nat. dni. A. Natus est nobis hodie. Quomodo agatur per duos dies post Nat. Innocentum. si neutrum in dnica uenit. Si Natalis dni in dnica uenit. proxima die post natale Innocentum ad Benedictus. A. Dum medium canitur. Orat. dnica. deinde de Natiuitate dni. & tamen eadem orat. dnica. ad tertiam ea die non est dicenda. In secunda ves pa non canitur. A. Puer ihc. Nocturnale officium hoc modo per istud biduum agitur. Inuitat. Xpc natus est nobis. Ymnus. Agnoscat omne seculum. Inter has duas noctes diuiditur in V. Presepe poni. Si. A. de Psalmis in alterutra uel in utraque nocturna de hystoria natalis dni occurrerit illa canitur sin autem he antiphone. Natus est nobis ds. Verbum caro. V. Tanquam sponsus. Dns precedens. Prima nocte

Post Nat. Innocentum. Sermo. s. Aug. e.

Natiuitas dni nri ihu xpi totum mundum noua aduentus sui hodie luce perfudit: hodie de celo ds descendit ad hominem ut in celum homini prepararetur ascensus. Hodie accepimus natum dm. uirginis filium. omnium credentium saluato